

liter notitia formalis alterius. necessario tamen. quia non est pars eius. neque ipsa. non tamen est accidens. et est forma eius. Hanc distinctionem ponit de rebus materialibus. Commentator. 12. metaphysice. commento. 17. dicens. et id quod agit sui substantia. et est alij. et non sibi. id est intellectio. quam facit intellectus agens sui. et sui substantia ipsi obiecto. sed non est substantia intellectus sui. agens sui. materiali. Exemplum. lapis est substantia. et est accidentiter in uestigia sensibilibus ledens operationes hominis. ideo eius agritudo. in multis tamen est differentia. ut patet. et ad secundum. negatur assumptum. et conceditur nullam intelligentiam in intellectu. quolibet. patet quolibet. et ad tertium. necesse est aliquam intelligentiam esse potentius diversis intellectibus et remissius formalem notitiam. quia nulla intelligentia est tam intense formalis notitia de seipsa intelligentia inferiori. sicut est sibi intensa intellectio. aliter staret intelligentiam inferiorem aequae intense intelligere suum finem. et amare. sicut superior intelligentia intelligit. et amat. et tunc superior intelligentia non esset magis beata et felix formaliter. quam intelligentia inferior. cuius oppositum patet. 12. metaphysice. text. et commento. 39. voluptas. que est maior. est illius. quod est maioris intellectus. Aut dicat intelligentiam inferiorem non esse intellectum superioris etc. Tum quia non est possibile intelligentiam superiorem esse inferiori intensius formalem notitiam quam intelligentia inferior sit in se potentia intellectualiter perceptiva. sed intelligentia inferior non est tam intense intellectualiter perceptiva sicut superior. aliter quolibet intelligentia esset aequae perfecta sicut prima intelligentia. Sed quia quilibet beatus. que est alterius formalis notitia. est sibi naturaliter. et non libere. notitia sui. et est tantum intellectualis sui quantum est intelligibilis. ideo tam intense est sibi notitia sicut potest esse. Est autem alteri in se notitia. sicut potest esse illi. non autem sicut potest esse. ideo non est possibile utrumque intelligenti esse eidem potentia intellectus et remissius formalem notitiam. et ad quartum. in illa auctoritate. in abstractis intellectus et intellectum sunt idem. voluit Commentator excludere ab intelligentis modum intelligendi intellectus possibilis. qui intelligit se. non per substantiam propriam. sed per aliud. et sic per accidens. Aliarum autem intelligentiarum quolibet intelligit se per essentiam propriam. ideo in eis in intelligentia sui idem est omnino intelligens intellectus et intellectum. sed intelligentia intelligente aliud. idem est intellectus et intellectum. id est. intellectio et obiectum. sed intellectus et intellectus differunt ab intelligentie aliud. Quod autem intelligens. intellectus. et intellectus sunt omnimodo idem. soli intellectui agendi competit. patet tertio de anima. commento. 19. hoc reputo proprium intellectui agendi. et in hoc differt ab intellectu materiali. actio enim quia intellectus agens intelligit. est sua substantia. supra allegatur ad aliud propositum. et si unius alter intelligas. quod in abstractis intelligens et intellectus sunt idem omnibus modis. expono. omnibus modis. id est cōuerſibilibus. quia in abstractis omne intelligens est intellectus. et econtra. tertio de anima. commento. 16. hanc expositionem ponit Commentator. 12. metaphysice. commento. 39. quia declarando quod intellectus et intellectum sunt idem. dixit recipiens et receptum de intellectu utriusque. est intellectus. in rebus autem materialibus intellectus et intellectum sunt idem omnibus modis. tertio de anima. commento. 36. quia intellectio est idem quod obiectum. sed intelligens et intellectum in rebus materialibus sunt idem per formalem unionem. in intellectu per se. Non autem in intellectu per accidens. patet quolibet. et ad tertio. Ex quo patet dictum commentator

ris. 12. metaphysice. commento. 36. volens materialia intelligi per assimilationem. quia per formalem unionem intellectus assimilat intelligens obiecto. ideo sexto ethicorum. capi. secundo. secundum similitudinem cognitio existit ipsi. Sed immaterialia non. quia intelliguntur per essentiam etiam a nobis. cum simus beati. unde tertio de anima. commento. 15. intellectus possibilis efficitur omne modo similitudinis et receptionis. et 12. metaphysice. commento. 51. intellectus non est in nobis intellectus omnibus modis. et infra. essentia intellectus non est eadem cum intelligere. quod est actio intellectus in nobis. quia intellectus in nobis est aliud ab intelligente. et infra ibi tangitur ratio. quoniam si intellectus et intellectum in eo essent unum omnibus modis. non contingeret ei ut in intellectu eius essent plura. et causa multitudinis est alietas inter intellectum et rem intellectam in nobis. et ad autem hic in intelligendi modum sit repugnans veritati. dicamus quod ipsum in intellectu repugnante his. que sunt de substantia fidei. inuenimus.



ERTIVM dubium. Vtrū ordine quodam recedant intelligentie medie a prima. Respondeo per duo dicta. Primum. opinio Aristoteli. est quod sic. Secundum. prædicta opinio non est vera. Primum dictum. assignando tres ordines. de. 1. avatur. Primum est ordo secundum gradum perfectionis essentialis earum. sic quod. quanto una intelligentia est perfectior alia. tanto est primo propinquior. non tamē secundum proportionem geometricā. patet quolibet. 5. Hic autem ordo. qui rationes formales intelligentiarum consequitur. causa est aliorum ordinum. qui sequuntur. Secundus est ordo celorum secundum magnitudinem eorum. secundum quam celum maius continet celum minus. perfectior igitur intelligentia celum maius regitur. et gubernatur. Oportet enim in formabile correspondere forme. sic quod. altiori celo altiori intelligentia appropriatur. de primo celo habetur secundo celi. commento. 62. primum celum. quod movetur motu diurno. est nobilissimum eorum que sunt illius generis. De alijs autem secundo celi. commento. 58. propinquitas in loco illic est similis propinquantati essentiarum ad invicem. que est propinquantia in scientia. et intellectu rationali. Colligitur hæc sententia. 12. metaphysice. commento. 44. Ordo substantiarum est secundum ordinem orbium. et prima movet omne. Ex hoc sequitur quod. non est in celo sicut in elementis. quod. contentum sit nobilissimum continente. et Tertius est ordo velocitatis in motu. Celum. n. maius velociori motu movetur. distinguendo inter movere et circuire. huius sententia fundamentum ponit Commentator secundo celi. commento. 58. super eorum intelligentiarum intellectus est fortior. et desiderium est fortius. ideo ab eis motus est velocior. neque sententia hanc molestat imaginabile esse oppositum illius. imaginandum superabundantiam potentie unius non esse proportionabilem distantie motorum. Quartum ordinem. scilicet diversitatem in motu. sic quod. celum maius paucioribus motibus. aut diversitatibus in motu movetur. secundum quod. dicitur secundo celi. texto. et commento. 58. et 60. quia intellecta intelligentiarum inferiorum multiplicata sunt. quia omnem intelligentiam superiorem intelligentia inferior intelligit. ideo quanto arithmetice plures intelligentias intelligit una quam alia. tanto pluribus motibus. aut diversitatibus in motu moveatur. non pono. quia secundo celi. commento. 61. et alibi. dixit Commentator rationem Ptolemei ad probandum pluralitatem motuum fundari super fundamentis falsis. scilicet epiciclis et eccentricis. Ex his sequitur primo. quod via evidenter a posteriori ostendens ordinem separatorum substantiarum. est ordo magnitudinis celorum.

Quia intellectus non est lapis omnibus modis.

Comparatio elementum. non autem illi elementis.